



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die decima tertia Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

sterior Taurino episcopo Ebroicensi. Ideoque rectius Gaugericum repetunt, & ponunt centuria sexta, ex Sigeberto.

Die decima tertia Augusti.

De sancto Vuigberto martyre.

Ex Bede & Marcellino.

IN Fostelandia, passio S. Wigberti martyris. *Bede lib 5.*
 Qui cùm esset de socijs Egberti, contemtu mundi, & *historiarum*
doctrinæ scientia insignis (nam multis annis in Hybernia *cap. 10.*)
 peregrinus, anachoreticam, in magna perfectione, vitam
 egerat) ascendit nauim & in Frisiā perueniens, duobus
 annis continuis genti illi, ac Regi illius Radbodo, verbum
 salutis prædicabat. Sed nullum tanti laboris fructum apud
 barbaros inueniens auditores, reuersus est ad locum dilectæ
 peregrinationis. Cùm autem vir Domini Egbertus secun-
 dò nūisit ad Frisonum & Saxonum, à quibus Angli sunt pro-
 pagati, conversionem viros actione & eruditione præcla-
 ros, Vuillibrordo & alijs adiunxit dictum Voigbertum. *Sw. bertii*
Hic autem à rege Radbodo, quem illustris Pipinus à Tra-
viss. cap. 7.
iecto expulerat, in Fostelandia, diro tormento est iugula-
tus, eo quod Christiani eo loci ipsius suggestione delubra
Louis & Fostæ destruxerant. Fuit autem Fostelandia, seu
Fossetes landt insula in ipso Frisonum & Danorum confinio
constituta: quam etiam sanctus Ludgerus sua prædicatione Vuerdenen-
illustravit. Natalis eius an alicubi celebretur, me latet: a ses vissæ
recentioribus tamen notatur Idibus Augusti. Fuit & po-
sterior Vuigbertus, quem Bonifacius H̄ersvelæx præfecit.
Cuius natalis p̄tidie in Martyrologijs est notatus.